Filium ex dodrante. Ex luntate defuncti portio que iure fideicommissi p cipitur ex voluntate defuncti in fideicommissum deducitur: et fructus percepti iudicio testatoris. h. d. et notabilis casus. Mo. q. illud quod quis habet iure fideicommissi venit in restitutiones trebel. Secundo no. q. illud quod quis sibi deducit iure falcidie cōputatur in partem que sibi d. restitui. Tertio no. q. fructus percepti iudicio testatoris veniunt in restitutionē quādo dilatio fuit apposta favore fideicommissarij. C. de. p. et videtur q. fideicommissum vniuersale non veniat in restitutionē: ut. s. ti. i. l. si ticius. So. ibi primo rogauit et postea fideicommissum reliquit: hic e conuerso: ut no. in. l. marcellus. §. quidam. j. ad tre. et l. cum virū. C. de fideicō. C. Secundo op. hic fuit rogatus restituere portionem hereditatis. ergo id quod habet iure fideicommissi non venit in fideicommissum: ut. l. marcellus. §. quidaz. j. ad tre. Possēmus dicere q. ibi loquitur in prelegatis particularibus que non veniunt in fideicommissi restitutionē: ut. j. ad treb. l. postulante. hic vero loquitur in fideicommisso vniuersali qd habet vim hereditatis: ut. l. si filius. s. quod cū eo. et ideo venit in restitutionē. Nec so. est cōtra casum. d. l. si ticius. in. fi. s. ti. i. ubi appellatione hereditatis non continetur fideicommissum vniuersale. dic q. hic est istud propter presumptam uoluntatem defuncti qui rogabat noueram de restituendo filio suo. unde uerbum hereditatis simpliciter prolatum intelligitur s. tota hereditate. et sic de eo q. uxor cepit iure fideicommissi cū alias totam hereditatem non haberet. Alias aut appellatione hereditatis non continetur tale fideicommissum: ut. s. ti. i. l. si ticius. i. fi. Intellige ergo. l. nostram tantum hoc casu quando extraneus rogatur restituere partem hereditatis filio: quo casu intelligo partem hereditatis id quod capitur iure fideicommissi. sed si eēt duo filij inuicem rogati tunc appellatione hereditatis non continetur fideicommissum: quia ē par favor utriusqz: ut. s. ti. i. l. si ticius. Sed est recurrēdū ad dis

a Uti mar
q co. quā
do pre
cessit. et vide
bar. omnino
in. l. si consul
s. de adop.
vbi pulchra
no. Et de. q.
de qua hic p
bar. uide per
ymo. in. d. l.
doli clausula
et ibi bar. et in
l. iii. altas. ii.
ii. j. de stip. f.
et in simili p
fo. an. in. ti.
de instr. edi.
s. nunc uero
aliqua. in an
tepe. ebar. in
v. sed an pau
peres.
b Anna.
a s. a ti
cia. fac
iste tex. an re
lictum perso
ne sub nomi
ne dignitatis
videatur reli
ctum digni/
tati vel perso
ne. de quo p
bal. in. l. hac
cōsul. C. qui
tes. fa. pos. in
l. col.
c Quero
euz. si fratret
incapaces fa
ciunt institui
guardianum
ecclesie an va
leat. sed con
tra bar. tenet
bal. et bene in
auc. ingressi
in asipe. col.
de la. fan. ec.
et adde bald.
per illū text.
in. l. ea. C. de
compensa.
d Cū est fi
enda. Adde
Bar. in. l. cū
senatus. i. pn
ci. j. de re. du.
e Iberto
l suo. §. a
liberto. not.
istum text. p
quem in que
sti. i. i. i. deci
dit no. q.

inctionem. l. cum uirum. C. de fideicō. r. l. marcellus. §. quidā. j. ad tre. ubi plene dicā. C. Quero rogatus est filius q si decesserit sine liberis medietatem hereditatis restituat filie sue: aliam medietatem pauperibus ista filia egit ad supplementum: vtrum id quod aduocavit agendo ad supplementum contra voluntatem defuncti computetur in eam partem que sibi debet restitui. Dico q casus est hic q sic r est valde notanduz. Nec ob. si dicis q loquitur in falcidia: quia contra voluntatem defuncti aduocat: secus putarem si fm volū tatem defuncti aduocaret: quia cessat ratio huius. l.

Ex. §. sequenti.

Pecunia legata ad vnum vsum quando possit auctoritate superioris ad alium vsum deputari r qñ nō.

Lucius. Si legatarius non implet moduz a testatore adiectum legatum sibi solutum reuocatur. h. d. C. Op. r videtur q lz non fiant certamina i ciuitate q pecunia debeat conuerti i alios vsus ciuitatis: ut. l. i. r. l. iiii. j. d. adm. re. ad ciui. pri. r. j. r. i. l. legati. Ro. r. Du. fatesc. rriū. Dic. gl. dicit r ē opi. Et q ille. ll. loquit qñ testator simpliciter dixit. sed hic testator prouidit expresse q si hoc non fieret ad suos heredes reuerteretur: qd tene mēti. Ex qua solutione habes q oēs. ll. que dicunt q pecunia ad vnum vsum relicta possit conuerti in alium vsum ex auctoritate superioris sunt vere nisi testator prouideat q debeat fieri r quod illo non facto perueniat ad heredes: qa tūc non potest fieri transmutatio in alium vsum. C. Alimo inducitur ista. l. in ar. ad. q. si ciuitas exegit debito res alicuius expulsi de ciuitate an sint liberati. Dic. vñ tex. q sic quod dic ut no. per dy. in. l. creditor in prin. j. de so. r ibi plene dixi.

Ex. §. sequenti.

Procuratoris effecti pauperis an sit reuocatu m datum statim. r an electus ad distribuenduz si efficitur pauper debeat satisfare.

Largius. Minister electus ad distribuendum satisfare nō debet nisi pauper fiat testatore ignorante. h. d. r est singularis casus no. tex. in fi. ibi nisi viuentē testatore. C. Primo no. q executor testamentarius nō debet satisfare. quod dic plene: ut. l. diuus. j. si cui plura per. l. fal. C. Secūdo no. distinctiones que fit hic: que distinctio facit ad. q. de procuratore qui post mandatum est effectus paup q eo ipso est reuocatus vt no. per dy. j. de so. l. si cū cornelius. in fi. C. Querit glo. hic loquitur quando uiuente testatore est effectus non soluendo. sed quid si post mortem? Dicit glo. idem r multo magis.

Pater duos. Finita causa dilationis debet cessare dilatio. h.

.d. fm Dy. vel aliter. Dispositio collata i tempus quo tutela finitur pubertate sortitur effectum et si tutela finitur morte. h. d. r est subtilis casus. C. Op. extra gl. dicitur hic q videtur quasi cū tutore locutus. Cōtra i dubio nō presumitur persona extrinsecus: ut. l. si ita stipulatus. §. grifogonus. j. de h. ob. Itē in dubio id quod agitur videtur agi noie pprio: ut. l. r magis. j. d. so. sed hic dicitur rriū ergo male. dicit enim q in dubio quasi cū tutore vñ agi. Predicta sunt vera nisi ex qualitate rei super qua fit dispositio seu ex dispositiois qualitate aliud perpendatur. hoc probatur in. l. post mortem. §. qñ ex fac. tu. r de adm. ru. l. cum post. §. i. ita in proposito testator loquebatur super reb pupilli r dispositionem suam retulit tm infra tēpora pupillaris etatis r loquebatur cum successore seu fratre q erat tutor fiduciarius. nā ex his pz q cū quasi tutore ē locutus. Dicitur hic q protinus d3 restitui. §. immo d3 expectari tm tempus quo ad pubertatem perueniat: vt. l. ex his. C. qñ di. le. ce. r qd no. j. ad tre. l. seius saturnin. So. dñi contraria loquunt qñ tempus esset adiectu gratia grauari. hic vero tempus erat adiectum gra

ria honorati hoc est istius fratris minoris. hec so. nō ē vera quia etiam hic gratia fratris maioris quia interiz debebat percipere fructus ideo d3 expectari tēpus pubertatis: r pro hoc videtur tex. in. l. firmio. §. i. j. quando di. le. ce. So. hic testator videtur se retulisse ad tempus quo tutela finitur: ideo nō refert finiat morte vel temporis cursu. simile in. l. mulier. j. ad tre. r. l. iiii. i. pn. C. de insti. r substi. Vel aliter longa dñia est an primo legatū relinquatur alicui r postea alius assumat executor: tunc enim vere executor est: lz aliquod comodum eiusdē remunerationis sentire debeat. ideo ad heredē nō transit. casus est hic: r. l. a filia. §. fi. j. ad tre. Si nō legatum confertur in aliquē principaliter r ē rogatus de restituendo alteri in tempus certe etatis cui illud idem primo nō legauerat. tūc loquit. l. ex his. j. quando di. le. ce. r quod no. in. l. seius saturnin. r. d. l. firmio. §. i. j. quando di. le. ce. r ista so. est magis generalis q precedens. C. Op. dicit hic q frater maior interiz lucratur fructus. Cōtra de. l. si ita. §. pegasus. §. de le. ij. r. l. in fideicomisso. §. cū pollidius. §. d. usur. So. hoc ideo: qa testator expresse uoluit ipsuz lucrari redditus. C. Querit glo. qd si frater iste non eēt tutor: an ista. l. haberet locū. Ro. p elegantia rba dicit q sic qd puto uey: r hoc modo. l. ista pōt itelligi r qd dicit i tex. quasi cū tutore. expone. i. quasi tutore seu defensore. n q eēt tutor: r hoc inuit littera quasi hic posita que est no. iproprietatis. C. Alimo no. istū tex. fm itellectuz q finita cā dilationis finit dilatio. facit ad id qd dixi in. l. a filia. §. fi. j. ad tre. r in. l. si qd ita. §. de acq. here.

Ille mee. Sufficit anni initiuz esse ceptum. h. d. Dabes sile. §. e. l. a nobis.

Ex. l. sequenti.

Cum testator iubet q in die mortis sue fiat una septima bandita vel in die sancti francisci q fiat una pctantia fratribus an hec annuatim fieri debeant.

Am quidam. Legatū relictuz in die reiterabilē intelligitur esse annuum non perpetuū. h.

.d. r est mirabilis. l. C. Quero de qua die intelligatur Glo. intelligit de die natali. i. natiuitatis. uel d die natali. i. die mortis: quia tūc nascuntur ad gloriā. Sed fm hoc quero de tali qōne quidā iussit q die mortis sue debeat fieri una septima bandita: debeat ne fieri quolibet anno. Dic uidetur casus q sic intelligendo d die mortis. Pe. tm dicit rriū: qa intelligit hanc. l. qñ ē dies reiterabilis pprie. lz qōne pposita nō ē pprie dies reiterabilis: qa dies mortis proprie est una tm r illa dies que est reuoluto anno nō est illa proprie: sed est tota quora fuit die mortis: r in dubio debem sta re proprie significationi: ut. l. nō aliter. §. de le. iij. r hoc puto uey. C. Itē quero testator reliquit fratrib minoribus in festo sancti francisci unā pctantiā. Videt q oī anno debeat fieri ista pctantia p istū tex. lz nō dicitur quolibet anno: r Guil. de suz. tenebat istud. Ego nō salua nitate itelligerē q deberet prestari tm semel casus ē in. l. eū q calē. j. e. de h. ob. r. l. boue. §. hoc sermone. j. de h. sig. facit. §. de le. ij. l. cū pater. §. pater circa fi. §. Ad. l. ista rñideo q iuriscōsultus istā interpretationē fecit ex qlitate psonē relinquētis r eius cui relinqbat. iussit. n. dari decurionibus r sic ex qlitate psonē psumit q uoluerit dari semel tm. ar. l. lz r si suscepit. §. i. §. d. iudi. lz qōne pposita qñ relinqt fratribus minoribus vt alijs religiosis pcpue medicantib: certe p satisfaditōe habebunt vnā pctantiā r ita itel ligemus hic. si decurionib esset relicta magna qntitas qa semel tm debet qa cessat illud rñ simile ex quo impator ita rescripsit. ita itelligo hanc. l.

Am erat. Tantū ē dicere p qdriē niū qntum singulis quadriēnijs. eadē rōne tm ē dicere p annū qntuz

a C. filius ex dōdrante ad supplementū si filia agat ad supplementuz contra volū tatem defuncti an supplementum debeat sibi cōputari in partem q sibi d3 restitui bñ fa cit qd no. bar. to. r qd ibi dñi in. l. qd de bonis. §. cuz fideicom. ad. l. fal.

b C. Lucius. nisi testor no. fin. limitatio nē ad. l. legatū. cū si. §. ti. pri. r hoc se qf bal. i. l. ab eo i fi. C. de fideicō. q de terminat. q. no. p. tex. istū.

c C. Largius. scdo no. idēz no. rai. hic. r bal. in. l. cōfirmatio iuncto tex. de cōfir. tu. r tex. r bar. r ibi bal. in. l. pater herede. §. fi. §. de rest. tu. ad de bart. r ibi dixi post cuz in. l. si cū cornelius. j. de solu.

d C. Am q c. daz. itē qro. Et vide qd no. bal. in. auē. i. gressi in pe. col. de fa. fan. ec. r qd habetur i. l. si cuz pñiti. j. qñ di. le. ce. rap. i. d. l. eū q la lēdis tenebat p bar. r seqf opi. qui. d. iu. 3a. p. istū tex. qñ id qd uenit i obligatōne ē reiterabile p hāc. l. nō cauillādo eā: lz sec? sit i §. ctib? i. d. l. cū q kalendis.

e C. Semel tm no. q si relinquit fratrib? i festo sancti francisci vna pctantia qd debetur tm semel non oī anno. r adde qd p ista iura hic alle gata p bar. ipse dixit aliud no. i qōne de qua i. l. dotis promissio. d. iure do. r ibi bar. r ibi vide q dixi r lati? p bar. in. l. i. ad. l. iul. maie.

kk iij

singulis annis. h. d. z e mirabilis. l. Dicit h q ppetua p sitatione. qro vtz final centu annis sicut usufruct. Quid d dicit q sic. Alij q no: vt i glo. p3. Quid sit no tu seu notorium dica. j. ti. i. l. si usufructus.

De usufr. legato.

De usufructu legato. h. x. Rubrica.

Dicitum e. s. ti. pxi. l. i. singulos. q legatu usufruct e simile legato annuo. ideo post precedentem titulu3 ponitur iste titulus. Querit glo. in quo differt iste titulus a ti. de usufructu. Rude vt in glo p3.

Ex. l. sequenti.

An seruitus dicatur i bonis nostris: ibi. Op. q. Et que sit ratio q seruitus seruitutis esse non potest: ibi. Djs premissis.

Excusus. Usfructus seruitutis realis no potest legari vt p pte psterur: s3 ptabitur. put pot. h. d. z diuiditur in tres partes. Primo pot vnū dictū.

Seco rñdet tacite obiectioni. Tertio ponit qdam p uisio circa pdicta. scda ibi: nec erit. tertia ibi: s3 incerti: z gl. nra z doc. q scribunt h legut. l. nram in eo q habz seruitutē realē in fundo alterius z legat usufructuz illi seruitutis. No. tex. ibi qd fuitus zc. Itē no. tex. ibi qa id neqz in bonis. C. Op. z vt q fuitus fuitutis possit cōstitui: vt. s. de ser. ru. pd. l. iij. z. l. p que locū. s. cōia pd. l. q p cert. a. So. ille qui hz fuitutē no pot constituitere usufructū vel aliā seruitutē: s3 q hz fundū seruientē pot cōcedere fuitutē tibi. no tñ q illa seruitus sit seruit' seruitutis: s3 e alia fuitus habita a fundo no ab illa fuitute.

C. Op. dñ hic q fuitus no e ex bonis nec ex bona. Cōtra: imo semp e extra bona: qa debetur nobis fuitutes i pdio alieno: vt. l. vti frui. in fi. s. si usufruct. pe. So. expone no e extra bona nostra hoc e q ipsa seruit' sit p ptietas aliena: s3 i re aliena fundetur tñ no est p ptietas alterius. C. Op. q sit in bonis: quia id est i bonis cuius habemus actionē z exceptionē: ut. l. re in bonis. j. de acqui. re. do. Dicit glo. no dñ eē in bonis dupli de cā. pmo qa no pot alienari p se sine fundo nec possit alienari ei q no haberet fundū: ut insti. de seruitu. s. iō aut z. l. si in aliena. s. i. j. de vsuca. Itē alia rōne no dñ eē in bonis: qa sicut manica q accedit vesti dñ eē quia effecta est accessio alterius. ita fuitus non dñ eē i bonis: qa dñ eē accessio alterius. accedit. n. pdio: vt. l. eū q. j. de vsuca. z. l. rex mixtura. e. ti. tñ largo mō sumē do. put sumitur in. l. rem i bonis. bñ dñ eē i bonis. Dicit hic q fuitus fuitutis eē no pot. mō qro quō pbeft istud. Dicit glo. q pbatur argumentādo a toto sic. qa fuitus p se intellecta in abstracto nil est nec hz aliquem fructū: ut. l. videam. s. de vsur. Itē p sderādo eā put est in cōcreto. hoc e in loco fuitenti no pot pstitui fuit' qa locus seruiens no e in dñio eius q cōstituit seruitutē. ita dicit glo. Querit Dy. quid vult dicere gl. du3 dicit argumētādo a toto. Dicit Dy. argumētādo a toto. s. integrali. Pe. s. imo d3 dicere argumētādo a toto vli. pbo hic argumentat negatiue. sed cuz arguit a toto integrali no sequit argumētū negatiue s3 logicos ergo zc. exēplū si dico no e domus no sequeret ergo n e paries s3 sequat affirmatiue: qa si dico domus est bñ seqt ergo paries est. Sed argumētū a toto vniuersa li seqtur negatiue: s3 no affirmatiue. exēplū si dico no e aial: sequit ergo no e hō. s3 affirmatiue no seqt. aial e. ergo hō e. Videte dñi no e vtz quod hic dicit Pe. q argumentat a toto vli qa nullum e totū vte: imo ponimus quādā seruitutē indiuiduā quā si qz hz no potest legare eiusdē fuitutis fuitutē. sic loqmur in particulari accipiēdo fuitutē. put e in abstracto vel put e i cōcreto. Quare dic q glo. vult dicere argumentat a toto. i. a toto vel ab oibus partibus sufficienter enumeratis z sic a sufficienti diuisione. z hec e vitas. Sumus expedi ti de lec. glo. z doc. Ista lec. salua reuerētia glo. z doct.

no pcedit in. l. ista. nā nos si legimus istā. l. q ille legat seruitutē cui seruitus debetur. tunc remediū positum per iuriscōsultū in fi. l. erit falsum: quia ille qui hz seruitutē non potest seruitutē ali3 cōcedere aliquo modo. casus est in. l. ex vico. de ser. ru. predi. nisi hoc faceret permittente dño fundi seruiētis: vt. l. cum eēt. in fi. z ibi no. gl. s. de ser. ru. pred. Unde. lec. ista non videtur procedere nisi sustinendo gl. dicamus z forte no male. q istud quod dicitur q heres debet dare facultatem agendi vel seruitutē cōstituitere. faciat hoc redimendo hoc a dño fundi seruiētis. alias ista lec. non potest sustineri. Sed certe etiā istud dictū non est tutū. nā cum legauerit usufructū respē illius iuris quod habebat si de illo iure non potest dari heres non cogitur redimere: vt. l. quod in rerū. s. i. s. de le. i. z. l. si vxor. C. de leg. ideo ista lec. non placet. Legamus ergo alio mō ut tota ista. l. loquat in dño alicui' fundi qui legat usufructū iure eūdi per suū propriū fundū dicit iuriscōsultus q non potest fieri: quia seruitus seruitutis zc. z hoc dicit in prima pte. scda parte pone casuz sic. Contra cū seruitutes sint in bonis ergo zc. Rñdet iuriscōsultus q ista seruit' no e in bonis nec eē bona imo no est in rerū natura: qa qui hz fundū propriū nullaz ibi seruitutē hz. Tertia pars est clara z sine scrupulo procedit z de necessitate sic d3 intelligi. C. Et pro de claratiōe. l. op. q eē ille cui debet seruit' possit eā legare. qa potest pignori dare: vt. l. si anue. s. de pign. Glo. p ma illi. l. ponit duas lec. pmo potest pignori dari via a dño vel ab eo cui debet via in eo q dicit a dño bñ dicit. s3 i eo q dicit vel ab eo cui debet via male dicit: z hoc tenebat Ly. me audiete. Dñs pmissis qro q e rō q seruitus fuitutis eē no pot. Rñdeo fm casuz que posui seruitus seruitutis no pot eē: qa seruitus no e fir mata. Itē fm casum glo. no pot eē fuitus seruitutis z e vtz p. l. cū eēt. in fi. s. de ser. ru. pd. z tunc sunt due rōnes. vna e i gl. qa aut p sderamus eā i abstracto aut i cōcreto: ut. s. dixi. aliā rōnez assignat Bl. usufructus fuitutis eē no pot qa sunt sub diuersis generibus seruitutū Dñis inspecta tā origine q effectu. Origine qa fuitus realis no pot pstitui no hñt p diuz: ut. l. pdi. s. cōia pdi. s3 usufructus sic. Itē effectu qa pdialis e idiu idua: s3 psonat no e idiu idua: ut. l. i. s. si usufruct. j. ad. l. sal. ergo ista talia Dña no pñt eē circa idē. ita dicit old. z bñ. tñ ista rō no pcludit nisi q usufructus fuitutis eē no possit. S3 non e general ad id qd dñ fuit' seruitutis eē no pot. Quare dar aliā rōnem: qa seruit' est qdam qualitas no aut substātia: ut. l. qd aliud. j. s. sig. cū ergo qlitas non possit eē sine subiecto: ut. l. i. s. de usufru. De necessitate pcludit q seruitus fuitutis eē no pot sicut non potest esse qualitas qualitaris: qa reqrit substātiā aliquā i qua sit. de quo dixi plene i. l. me uius. s. de le. ij.

Omnis ope. Ista. l. ponit tres dñas iter legatū opaz z legatū usufruct'. C. Op. glo. insti. de de acqui. p arro. circa pn. So. ibi loqt de opis liberti. B no de opis sui. C. Op. s. hoc. s. de ope. ser. l. v. Bl. respōdet q ibi dñ legatus usufructus subaudi z plus: Querit glo. quot sunt dñe iter legatū opaz z usufructus. Nos habetis hic tres. atās dicit ut. l. ij. s. d. ope. ser. Quero q e rō dictaz dñiarum. Vide unā rōnem i. l. locus. s. proprietarius. s. de usufru.

Omnis quoqz. C. Querit gl. utrū hō liber possit locare operas suas i perpetuū. Et remittit ad notata in. l. iij. s. ne tñ. s. de usufructu. z. l. antiquitas. C. de usufru. z ibi p Ly. z no. insti. de usufructu. s. ne tamen.

Usfructus. Non potest quis ab eo casu icipere quo debet extingui. h. d. concordat. l. ticia cū

moriatur. s. de usufru. Ex. l. seq. C Si cōe dat officiu alicui p menses sex incipi endo a kalendis futuris lz cōe nō pmiserit exer ceri nō pōt petere ut p alios sex menses officium conseratur sed potest petere interesse.

I mibi usufructus.

Hec est bona. l. in obligationib^o faciēdi qñ desijt posse fieri petif interesse. b. d. ista. l. s qua. l. facio magnū festuz. j. de h. ob. l. stipulatio nes nō diuiduntur. in. ix. q. no. tex. ibi peti qdem zc. C Op. de. l. questuz. s. de usufr. vbi dicit q petitur usufruct^o. So. expone usufruct^o. i. est ma tio eius vt ibi no. C Itz op. q usufru. possit peti quia possum petere fructū vt consequar in tereffe: vt no. in. l. i. i. prin. s. de act. emp. z. l. ij. s. item si in facto. j. de h. ob. Ego dico in l. stipula tiones nō diuidunt. cū tracto qualiter petatur i tereffe: qñ ex ipsa facti narratione nō ē notoriuz factum nō posse fieri de cetero: tunc pcedit illud qd dī: q possum petere factū vt psequar itereffe vt si ei q mibi debebat scribere librū ē amputata manus: si enī peto scribi librū ex serie libelli non apparet q sit amputata manus: lz qñ ex illa nar ratione ē notoriū nō posse fieri postea vt hic: ga dico q tali biennio debebat dare usufructū s ne cessitate petef itereffe vt hic: z si dicit q ista lex nō facit ad materiā illā. nā ille q tenef ad usufru ctū tenef ad dandū: ut. l. iij. s. dare. s. de usufru. ergo hic loqf in obligationibus dādi nō facien di. So. hic loqur i usufructu in quo anteq quis det seu pstituat tenef ad dandū. lz eo pstituto te nef ad patiendū: ut plene dixi in. l. ij. s. i. j. de h. ob. Sed i vltimis voluntatibus adita hereditate ē pstitutus usufructus. sola ergo remanet obliga tio ad patiendū: ut no. C. de usufru. l. corruptio nē. ergo zc. Ultimo no. b si aliqs ē electus pote stas pro. vi. mensibus incipiendis a proximis ka lendis: z sic p cōmune ster quominus ille exer ceat officium sex mēsbus: nō potest petere q ex erceat officium sex mēsbus. nā pōt petere iter esse ut h: quia aliud est officium istorum sex men sium aliud aliorum. dixi anno in. l. i. si ita stipula tus essez abs te. j. de verbo. ob. Ex. l. seq.

Famulus infirmus an debeat habere salariū

I ntere testamento. Ista. l. psequitur duos casus dī h q ope cedunt a die petitionis. s. j. de ope. li. l. si quis hac lege. s. iudicium. z. l. cū patronus. in pn. Bi cit glo. ibi de operis certis. hic de incertis. C Se cūdo op. q opere cedunt a die mortis testatoris sicut cetera legata exceptis qbus dā: vt. C. s. cad. tol. s. in nouissimo. So. opere interesse dicuntur cedere q̄tum ad hoc vt sint in obligatione a die petitionis ut h. z. l. interdū. j. de h. ob. ob. in pn. s. q̄tum ad trāsmiſsiōē cedunt a tpe mortis p bas in. l. ij. s. e. ibi opere transierunt ad heredē. s. regula ē. q̄ ēt legatū purz q̄ transmittit ad he redes cedit a die mortis: ut. d. s. in nouissimo. C Ultimo ista. l. fac ad. q. qñ famul^o infirmas an debeat habere salariū. Et dicit q sic qñ dño pe reāt ope. de hoc est glo. in. l. de arboribus. s. de illo. s. de vusuf. veritas est in dñis: ut. l. si vno. s. item cū quidā. s. loca. z ibi not. Ad ob. hec. l. ga iste tractabat de lucro. merito pp infirmitatez p dit lucrū. nō autem dñz pati dñum. i. dare salariū tpe infirmitatis: ut dicit. s. item cum quidam.

Ex. l. sequenti. C Annuū legatū factuz ciuitati an ita finial cen tum annis sicut usufructus.

I usufructus.

Querit gl. vtz alijs mōis finial q̄ cursu tps centū an noz. Glo. q sic videlicet nō vrēdo vel si ciuitas aratru patiat: ut. l. meuius. s. si. s. de le. ij. l. si vsu fructus. C Querit glo. an idē sit in ānuo relicto ciuitati qd in usufructu vt finial cētū annis. Ro. q nō: ut no. in. l. annuā. z. l. annua. in fi. z. l. ante pe. s. ti. i. Du. dicit idē q i usufructu. allegat. l. in singulos. s. ti. i. vbi sicut morte finif usufructus: ita z annuū relictu. D. ac. q. habes in. l. pe. s. ti. i. z. l. annua. e. ti. Sz puto opi. Du. verā. pbo iter usufructū z annuū relictu ē similitudo nisi i his in qbus expressa dissimilitudo apparet ergo zc. Ad ob. l. annuā. z. l. annua. in fi. z. l. antepe. z. l. pe. s. ti. i. q dicit ppetuo deberi: qa itelligo de beri ppetuo. i. vsqz ad centū annos qd ē longissi mū vite tps: vt. l. h. C. de sac. san. ec. Sed an idē i ecclēsia. Rūdet gl. q sic. Idē no. in. l. an usufru ctus. s. de usufru. C Ultimo gl. op. de. l. heredi tatum. j. ad. l. fal. dic vt ibi.

I ab eo.

Legatū caducuz vel quasi remanet apud heredē cū onere suo. h. d. C Op. C. de cad. tol. s. in primo. So. ibi i pñōscripto. hic in caduco vel quasi. C Op. s. ti. i. l. ticia. in princ. z de ali. le. l. stichus. s. i. So. ibi legatū i cepit i pso na legatarij z finitū ē sm eius dispositionem z le gati naturam hic vero in persona legatarij nūq̄ incepit. dixi in. d. l. ticia.

Ex. l. sequenti. C Cum testator dicit q valeat iure testamenti z codicilloz copula resoluif in disiunctam. Et cū testator dicit q substituit vulgariter pupillariter z per fideicō. electio est substituti qa directa z si fideicōmissaria eē nō pōt. itē cū dicitur i instrumē to pcuratorē factorē z nūcium resoluifur copu la in uel quia procurator z nūcius esse non pōt

I ticio.

Lōiunctio posita iter incompassibilia resoluif tur in disiunctiā. h. d. z est no. casus te ne bñ menti. Et p hāc. l. dicit doc. q si testator dicit valeat iure testi z codicilloz illa copula z: re soluiif in disiunctā vt dicamus vel iure codicillo rū: vt. l. h. z ibi no. C. de codicil. sile si testator di cit substituo vulgariter z pupillariter z p fideicō missuz. nā nō pōt simul z semel eē directa z fidei missaria iō erit electio substituti quā velit eligere directā vel fideicōmissaria. ar. huius. l. z ē tex. j. ad trebel. l. recusare. s. ticius. z ibi dixi. Itē dicit infirm pcuratoris pstituit pcuratorē z factorē z nūcium spālem nō pōt eē nūcius z pcurator si mul: qa pcurator pcepit sba in psonā suā: nū cius in psonā dñi: z sic erit pcurator vel nūcius put sibi placebit vt h. Item facit ad. q. qñ testa tor reliquit vxorē dominā z usufructuariā ut de deat intelligi q habeat dominium plenum uel usufructum ut hic. sed de consuetudine aliud in vxore seruatur: vt. l. i. z ibi no. C. si secūdo nu. mulier. z plene dixi in. l. ticia. in fi. s. de le. ij.

I Abitatiois questio

Sed quō possibile est q habitatio de beatur in pncipio anni. nōne hz cāz p̄tinuā z suc cessiūā p totū annū. ergo in initio non pōt dari: ut. l. itē qñf. s. q iplero. s. loca. Huius timore di cit glo. q ista. l. pōt loq quādo ipsa habitatio est relicta. alio modo qñ pecunia p habitazione re lingf sm primā lec. respondeo ad dñum q de bef in initio q̄tum ad hoc ut inspiciat si legata rius est capax: ut. l. i. singulos. z. l. cū i annos. s.

I mibi petitur interes. Sed quo modo succedit obligatio ad interesse qa q tenetur ad usufructū tenef ad dan dum z pōt p cise cogi. l. iij. s. dari. s. de usufru. z no. bar. in. l. si. h. diui. i. iij. q. de verb. ob. z i obligatio nibus dandi etiam re per emptā vt hic non succedit obligatio ad interesse iō forte ē neces se responde re ad istū tex. z ad. l. quoti ens. s. h. de usufruc. put dixi bart. in. l. ii. s. z hax de verb. ob. q qui tenef ad usufru. te netur ad dā dum z etiam faciendus vt ibi per cum. C Ultimo no. Nota. q. notabilez ad de no. bar. i. l. cotē. s. qui maximos. j. de public. z adde aliā. q. no. de qua di xi i. l. si ita sti pulatus. s. q. obliga. I ntere testame to ha bere salariū. famulus isf mus an me reatur salari uz: z vid bal. in. l. h. C. de condi. mser. z in. l. liberti libertez de ope. liber. z an teneatur facere expen sas huic sa mulo. dic vt ibi per bart. z in. l. h. cum dotem. s. sin autem solut. mat. z late p cano. in. c. p pter sterilita tam. de loca.

d I ticio. s Et vid no. per bart. z doc. i. l. i. in prin. b iust. z iur. e C p̄rocu rator simul. facit ad nor. per bar. in. l. multum. s. i. si quis al. vel fi. z ibi bal. i. vj. col. f C Ad. q. z vide ad hoc bald. in auē. hoc locum. i. h. de secun. nup.

ADDE an cu legata sint male distri buta possit epi illa aduo care & pe. de anch. cōf. xl iij. & an cuz male ablata nō ascēdunt sūmā legatā possit in aliū usū conuerti pau. de ca. cō fi. lxxxv. & an cū testator mādat fieri ecclesiā & epf nō uult an d beat iahā cāz puerti. uide ro. p̄fil. ccc. x. § alij & s ad itel. lectum bur. l. vid ali qd p bal. l. i. uolūtatis. C. d fidei. AD DE bal. p̄fil. cccvii. lib. iij. b Ego dixi vide no. bal. in. l. quoties in fi. in no. q. C. fam. her. c Fori u usufru et? nō d3 restitui. An fructua rii faciat fru ctus suos an te cautionez p̄stitā. & adde bar. 2 doc. i .l. hac edicta li. §. bis illud de k. nup. fa ly. fortius t3 in. l. i. C. d u. usufru. q̄ idēz est si p̄p̄rieta rius ignorauit ut res p̄ uenerit ad u usufructuariū p̄pter bonaz fidem. ar. l. si fūdū. & l. cer tus. C. de rei uē. & l. si usufructus mes sen. i. fi. qui. mo. usufru. amit. bal. l. i. i. §. d usufr. & l. i. l. C. e. ti. & cū bar. trāsit et inno. alias imo. c. i. d p̄. l3 pe. d anch. t3 illam opi. quam refert Cy. in. l. iij. C. de usufr. v3 an sciue rit le teneri latidare & si facit fructus suos. aut ignorauit & talis error iu ris excusat & inducit bo naz fidē quo ad fructus. & uide Bar. in .l. iij. ad fin. de usufruc.

Si plures. Si nō apparet p̄sōa legatarij legatū reddid nulluz. h. d. uide tex. ibi nō exite & c. C. Op. d. l. cū p̄f. §. si. §. d. le. ij. & l. si testm. C. de insti. & subst. Dicit gl. so. ut ibi. bre uiter ibi erat certa p̄sōa: l3 fines erāt icerti. hic nō erat icerta p̄sōa. C. Op. d. hāc so. de. l. si q̄ ticio. §. si. & l. cū qdā. §. de le. ij. ubi ē p̄sōa icer ta & ualet legatū. So. ibi testator nō sēsit de ali qua certa p̄sōa qd apparet: q̄a cōmisit electio nē heredi suo. iō herede nō eligēte debet oib?: q̄a de oib? sensit equaliter nisi heres pretulerit aliquem. hic uero sensit de certa persona quod apparet: q̄a nominationē sibi referuauit. vñ si il la persona nō apparet si ualet legatū. facē quod dixi. l. qdā relegat. j. de re. du.

Ex. l. sequenti. C. Si testator legat vni domum alij aliquā par tem substancialēz domus qua detracta domus non remaneret an in illa parte cōcurrant ambo.

§ Alii. In dubio d3 stari scri pture etiā si aliud actū sit dūmodo de illo nō cōstet. h. d. C. Op. C. plus ualere quod agi. l. i. vbi plus ualet qd agitur q̄ quod simulate p̄cipitur. So. dicit Ro. hic actum dicebatur: sed de uoluntate non con stabat: secus si de uoluntate cōstaret. Hu. Azo. & Jo. dicunt cōtrarium etiā si de uoluntate con stet. Opi. Ro. tenet dy. hic & Pe. Ly. & omnes in. l. cū uirum. C. de fideicō. per tex. illius. l. & l. i. cōdi. j. de cōdi. & de. & l. quotiens in multis casu bus. §. de here. insti. C. Op. de. l. & puto. §. iulia nus. §. fa. her. So. ut ibi. C. Op. fortissimē extra gl. nōne generi per spēm derogatur: q̄a genus per spēm uidetur exemptū: vt. l. iuxta. §. codicil. & §. testō. §. ti. ij. Item per legatū partis eaten? uidetur recedere a legato totius: vt. l. cuz qd. C. de le. ergo cum primo legauit fundū & sic totuz postea usufructū: & sic partē uidetur recessum i eo a legato totius. So. quādoq3 vni legatur to tuz vniuersale: vt genus. alij legatur ps ut spēs: tunc generi per spēm derogatur. ratio q̄a illud legatum generis uerificatur in qualibet sui spē: q̄a istud genus aīal cōpetit cuilibet indiuiduo Quādoq3 vni legatur totum integrale: alij legatur pars quota non substancial. & tunc idēz q̄a in parte uidetur recessum a legato totius: vt .l. cū qd. C. de le. ratio q̄a i partibus remanenti bus nomen fūdi potest remanere ex dispositōe defuncti vt ibi. Quādoq3 legatur vni totuz in tegralē. alij pars substancial: vt in casu. l. nostre. nā usufructus est pars substancial fundi & tunc in illa parte cōcurrunt. ratio q̄a usufructu dedu cto primū legatum non remaneret uerificatum q̄a non remaneret nomen fundi. probatur. j. de h. ob. l. qui usufr. & hanc rationez ponit gl. §. de usufr. accre. l. inde neratius. §. non solum. & ita dicit Ol. Ego dixi aliquantulū latius. §. ti. ij. l. re cōiuncti. in. iij. col. & per hoc forte eēt dicen dum si testator legat vni domū & alij legaret ali quam partem substancialē domus qua detracta nomen domus nō remaneret q̄ in illa parte am bo legatarij deberent cōcurrere.

§ Ticio. Ista. l. innuit hic q̄ in alternatiuis electio sit heredis. Contra in. l. lucius. §. de le. ij. So. intellige q̄ hic uerba executiua fuerunt ad heredem directa: vt ibi no.

§ Atrimonium. No. q̄ idēz est dicere lego omnibus annis: quod est dicere annis singul. Querit gl. an hic sit lega

tum usufructus. Dicit gl. q̄ non & bene per ea q̄ no. in. l. si quis ita. §. de usufru. dicam. j. e. l. fun di trebatiani. Ex. l. sequenti. C. usufructuarins an faciat fructus suos ante prestitam cautionem.

Fori usufructus. Hec. l. diuiditur principaliter in duas partes. Primo loquitur in pecunia fenerata p defunctū. Secundo in fenerata per heredē. se cunda ibi non idem seruatur. Item prima diui ditur in duas. & secunda in alias duas vt pate bit in littera. & hec diuisio sufficit pro sūmario. vt dicas. Aīure pecunie fenerate per defunctū quādoq3 currentes debent fructuario cauē ti: sed si per heredē fuit fenerata a tpe more de bentur. h. d. C. In §. non idem & c. Iste §. legi tur duob? modis. primo mō q̄ pōat vñū casū. alio mō q̄ ponat duos casus. & ista est uera lec. & ipsam prosequor. vos hētis hic glo. duas ma gnas que tendunt ad positōnē casus. C. Que ro an fructuarins faciat fructus suos aī satisfda tionē prestat. Quidam vt Old. q̄ non per hūc tex. Alij q̄ sic. & ista fuit opi. Azo. Ly. tangit. C. de usufr. l. si fur. & j. de vsuca. l. si hō. & C. de secun. nup. l. hac edictali. §. bis illud. in gl. super hōbo satisfdatione. & C. de usufr. l. usufructus. & §. de usufr. l. si tici. in prima gl. & l. uti frui. §. si. als .l. fructuario. §. si. §. si usufr. pe. & §. de rei ven. l. ex diuerso. in prin. gl. mag. In contrarium per Azo. allego tex. i. d. l. hac edictali. §. sinaut vtra q3. So. quādoq3 usufructuarins ipse non per cepit fructus: sed proprietarius uel alius & tūc fructuario non debet restitui: aī prestat cau tionē percepti vt hic. quādoq3 percipiunt fru ctus ab ipso fructuario. & tunc aut heredib? seu proprietario sciente & patiente. & tunc facit fru ctus suos. ita intelligo opi. Azo. hic positam. & est casus in. d. §. sinautē vtraq3. si uero ipsi igno rant nec patiuntur tunc fructus suos non facit. ita intelligo hunc tex. & glo. in contrarium alle gat. & tene menti. & sic de facto cōsului pluries.

Si ortum. C. oppo. de. l. cum be res. §. sticus. j. de sta tuli. So. vt in glo.

Uif fructus. Non ualet relictuz quo fructuarins de re cum fructibus resti tuenda proprietario post mortem suam graua tur. h. d. Ro. tex. ibi eteniz & c. C. Op. & uidetur q̄ fructus preteriti non ueniant in restitutionez quoquo modo: vt. l. fideicommissaria. j. ad tre. So. non ueniant in restitutionez: sed in quarta cōputant vt ibi: plene distingue: vt ibi. C. Op. & uidetur q̄ in dubio debat intelligi de fructi bus preteritis vt legatum ualeat. So. tex. hic so luit qui dicit impitia lapsus. & sic non credebat fundum redire cum fructibus ad heredem: & istam imperitiam p̄sumit hic iuriscōsultus dū dicit redditus futuri & c. uel aliter. ideo non in telligit de preteritis: quia si hoc esset legatū eēt nullum uel quasi modicuz cōmodum heberet. ur. l. si res. §. de le. i. & l. qui concubinā. §. q̄ ortof .§. de le. ij. Sed si assumeremus illam interpre tationē ut intelligamus de fructibus preteritis primū legatum esset quasi nullius effectus. si as sumimus secundam interpretationē & intelliga mus de futuris legatum secundū erit nullius ef fectus & ideo in dubio preualet primuz legatū: & illa uerba uidentur adiecta gratia dubitatis tollende. ar. l. qui mutuum. §. m. j.

§ mibi uidef q̄ absonū nō esset q̄ in fru ctu rerū que usu cōsumū tur: q̄ cautō ē d substātia nō nisi ea p̄ sita dicatur usufruct? cō stitutus: ut no. Jac. bu bar. bal. & fa. ly. i. d. l. i. C. d usufr. q̄ in illis nullo ca su usufruc. lu erat fruct? sa tīda. nō p̄sti ta. & ita ē cāuf i hac. l. q̄ loq tur i pecūia i usufr. vō rez q̄ usu nō p̄su mūf p̄cedat dūctō bar. & doc. h: qd no. q̄ nō re perio h ab a liq̄ dicit nisi rīdeam? q̄ heres patien do usufruc tuariū p̄cipe fruct? uidef remittere sa tīda. quā sic exp̄sse remit tere pōt: ut no. i. l. i. C. d usufr. & i. l. i. §. e. ti. & i. e. fi. de pig. ita & tacite. ar. l. cū qd si cer. pe. & que no. bar. i. l. q̄ do tis so. ma. itē ad itellectuz istoz. uid fin. bal. i. l. ij. in fi. C. eōia de le. ubi dicit q̄ h sūt vā q̄ ad traditōez v. usufruct? & ut dicat eē in el sentia nō req rif cautio vñ si heres nega ret usufruc tū tenet ad fruct? Itē h intelligit: ut no. p bar. l. l. i. C. d usufr. & fruc. leg. in .iij. colun. ADDE q̄ cū decisioe bar. trāsit bal. cō fit. clxxxvij. ii. li. & an de beat prestari cautio cū le gata sūt bōa mobilia uis fcederi. cōfi. xlyi. & an si u. usufructuari? nec in morte nec i uita p̄sti tit cautioem & an heres ei? possit pe tere usufruc tuz t̄pis pre teriti. uide pau. de ca. cō fi. ccti.

vmm

a S qui i fundu istu tex allegat bal. r mo. no. in .l. serui ele. ctio. de le. i. in .s. fin. r uide plenius bar. in .l. qui rom. s. fi. i .r. q. d. verb. obli. b Generali s. li. s. v. rori fir met regul. vtrum exce ptio firmet regulam. r istud intelli. gerit no. p bar. in .l. na quod liqui. de. s. item si quis. j. d. pe. nu. le. r uide bar. in .l. que firm. s. de. niq. j. de. fun. instr. r quod dixi in .d. l. nam qd. s. fi. r uide bar. in .l. i. in fi. de. re. iur. r idem ibi s. g. r bar. in .l. i. bis. s. de. legi. per. docto. in .c. qui ad agen. dum. s. i. de. proc. i. vi. r uide bonuz. ter. in .c. pe. d. priui. r vi. de. hanc in .d. c. qui ad. agendum. c Item no. remediū est q dicit siue sint venalia siue no vtuo luit bar. in .l. na quod. d. penu. leg. c Non ve. nit si testator dicat relin. quo vxori oia bona q i domo ha. beo: an veni at frumentū quod erat in domo ca vē dendi. r vid qd no. bar. i .l. diuus. de. bo. dāna. p. bal. i. rub. c. d. s. fig. r no. q pecunia si cederet vn. quā in hoc legato : qz semper dici tur venalis. r parata alie nationi .l. v. forem .s. le. gauerat. de. le. iii. vbi est tex. no. r no. bal. i. l. fi. ad. fi. c. de. cō. pen. r no. bal. in .l. cer.

nō diuidūtur. Preterea res nō affert tantā uti lratem in parte respectu partis quātum in toto respectu totius. Preterea si hoc eēt ueruz inci deret inuitus i cōionē qd nō est cōueniēs: ut no. in fi. s. de cōtrabē. emp. l. fundus: expone ut. l. fi. aliā. j. de sol. i. nō est qd diuidū: s. i. diuidūuz. p hoc etiāz qd no. in .l. certi cōdi. s. si cer. pe. i. gl. mag. vbi dicit q uendere est factū lz non meruz. r p hoc dico in .l. nra si satisfactio p tineret aliqd in diuidū: ut qa dos cōtinet restitutionē p dii nō haberet locuz ista. l. s. h. locuz tm qn dos p tinet certā quātitatez pecunie. p hoc. l. pe. j. de cōdi. r de. c. ultimo ista. l. facit contra gl. q ē in .l. cōi diui. iudi. s. cōi diuidūdo. q ponit de hēdibus unius em phitheote. de qua dixi in .l. fraudari. j. de publ.

Ex. s. sequenti.

Detetatio habz locū traditiōis cuz testator le gat fundū ei qui nullum detinebat.

Colono. Tene mēti q qn legatur fū dus a testatore ei qui habet fundi detetatiōez nō agit ut sibi tradat: qa illa detetatio hz uiz traditiōis: ut. l. nō solū. s. i. j. de usuc. s. agit ut hfs eum liberet: ut hic.

S qui fundum. Bis uiso facta cum ppetario nō p iudicat fructu ario. h. d. c. op. d. l. iul. s. idē celsus. s. d. act. ep. ubi ius qd qs hz remanet tm in illa pre q debito ri uenit in ptem. iō huic mulieri dz remanere in ea pre q hēdi obuenit in ptez. Dicit Pe. ibi cre ditor hz ius psonale in fundo h uero ius reale. r sic respicit totum fundū p in diuisio iō factū be redit nō pōt p iudicare. Cōtra hoc dicit pe. op. de. l. cōi diuidūdo. s. si debitor. s. cōi diui. r. l. cū in fundo. s. si fundus. s. de iure do. Sol. ibi ille q diuisit hz ius diuidēdi ab eo q habebat ius in re: ut puta creditor cui uidet dñs concedere: ut alienet alienatiōe necessaria: r etiā uolūtaria pro suo debito: ut. l. nō est nouuz. s. acq. re. do. r ita loqitur. s. si debitor: uel erat maritus cui mulier uidet cōcessisse oēm administrationē. r ita loq tur. s. si fundus. r idē dicerē in .l. nostra: qa si di uisio fieret cū fructuario p iudicare dñs: qa fru ctuarius hz plenā administrationē in re in qua hz usufructū uidet pcurator in re suā: ut. l. i. i. fi. r. l. se. j. d. ope. no. nū. r. l. i. i. fi. r. l. se. s. usufruc. quē ad. ca. Predicta itelligo si sit actū noie suo. r dñi. als intelligo in dubio q nomie suo: ut. l. r magis. j. de sol. Ex p dictis distingue utrū re di uisa remanet ius tertij in pre q debitori obuenit vel in toto. aut ius erat psonale aut reale. r si rea le aut ille cuz quo ē facta diuisio habebat plenā administratiōez aut nō: ut dixi. s. r ē no. materia.

Generali. ad honoratuz dire cta nō inducūt dispositiōem. h. d. s. ma teria huius. l. glo. t. agit in .l. peto. in pn. s. d. le. ij. ego plenissime expediui. j. de dona. l. ex hac scri prura rē.

Filia. Verba a testatore plata debēt itel ligi: ut aliqd opentur: ut als dispo sitio reddatur inutilis. h. d.

Ex. s. sequenti.

Exceptio lz firmet regulā in nō exceptuatis nō tamē illā dilatat ut faciat cōphendi ea que s sui natura nō cōprehēdunt. Et an legato oium q testator hz in domo ueniāt venalia. r qualiter si gnum uniuersale recipiat restrictiōem.

Uxori. Legatū generaliter merces r ve nalia nō pprehēdit r p psequēs

per spāle generale restringit. h. d. c. Mo. ex isto .s. qd dixi in sūmario. r p hoc dicit Ja. de are. q ille qui obligat oia bona sua nō uidet obligare que hz uenalia: ut hic. cū si. s. iste. s. nō facit: ut dicā. r facit. l. cū taberna. in pn. s. d. pig. c. Itēz no. lz exceptio firmet regulā in nō exceptuatis nō tm eā dilatat: ut faciat sub ea pprehēdi que s sui natura nō cōprehēdunt. ita vī h. legauit enī usufructū oium que sunt in domo excepto ar gento. Ista exceptio nō facit ut illud legatum cōprehēdat merces r uenalia. Itē no. si testa tor reliquit uxori oia q hz in domo non uenit frumentū qd erat ibi cā uendēdi: ut hic. in .s. fi. idem quesit cū rē. qd tene menti. Sed cōtra p dicta op. q in legato apponit signū uniuersale oē. tunc tale legatū nō recipit restrictiōem. l. pe diculis. s. labeo. de aur. r ar. le. r. l. iulian. i. pn. s. d. le. iij. Sol. fateor q nō recipit limitationem nisi eā quā testator facit. unde si testator simplr reliqisset usufructuz oium reruz suarum fateor q oia cederēt uenalia r nō uenalia: ut. d. ll. sed hic testator reliqit usufructuz rerū suaruz r adiecit q domi erāt: que uerba limitāt primū legatū gene rale: ut. l. ea tm. s. d. le. iij. vnde hic qritur s signi ficatione istius limitatiōis que domi erāt. r nō det q ea que sunt uenalia nō uidēt esse in do mo. ista enim limitatio fuit indefinita: nec habu it signū ut: secus si haberet. ut si dixisset que do mi quoquo modo erāt: qa tunc ista limitatiō nō restringeret. r sic patet q iste. s. nō facit ad ea que dixit Ja. de are. ut. s. dixi.

Lucius. Ad expensas factas pro fru ctibus colligēdis fructuariuz tenetur pro rata. h. d.

Duas. Finita causa finali in legato exti guit legatuz: secus si aliud pstat s mente testatoris. hoc dicit. c. oppo. s. ti. i. l. liberto. s. fi. r glo. oppo. de. s. filium. s. c. Dicit glo. pbabitur coipo q nō probatur cōtrarium. Ista sol. uidetur contra mentem huius tex. Res pondeo ergo ad cōtrariuz: quia ibi fuit nudus minister. hic uero fuit legatarius: ut expresse di cunt uerba legauit rē. s. in contrario erat dubi um: unde in dubio presumitur ut minister. Ta men in solutiōe huius cōtrarij multum dubito precipue in solutiōe illius. s. fi.

Heredis. Usufructus surrogatus i locuz ānui legati debet se qui naturam ipius. hoc dicit secūduz Dy. Op. q immo ad heredem pertineat: ut. l. defuncti. i. prin. s. de usufru. r. l. usufructus. s. qui. mo. usu fru. amit. Sol. potes intelligere de reliquis an tecedentis temporis ante mortem legatarij. r tunc non est contra. sed si intelligis de reliqs temporis preteriti post mortem legatarij tunc est contra. Quare dicit Dy. hic usufructus erat surrogatus in locum legati ānui certe quanti tatis. sicuti ergo si ibi decessisset in princ. anni totum haberet: ita hic in usufructu totum ha bebūt.

Usufructum. Qui relinquitur usufructū partis bonorum potest heres soluere estimationem vl rem r onus tributorum pertinet ad legatariuz usufruc. hoc dicit usqz ad fi. c. oppo. de. l. nō amplius. s. fi. r. l. se. s. de le. i. So. hec fm illam debet intelligi.

Ex. l. sequenti.

Cum uni legatur usufructus rei alteri pro prietas non derogatur legato usufructus.

ti. in vi aliis vii. q. C. lo cati. s. bene uenit in obli gatiōe gene rali. l. cum ta bernā. s. fi. d. pig. r duz h dicitur q in legato gene rali nō ueni unt uenalia nisi ad aliud referri non possint: ut in glo. s. itē cū quereretur. r bal. in .d. rubri. de v. fig. bene fa. cit. l. fundus qui locatus .s. de fun. i. stru. Itēz. cō tra no. hic p Bar. uidet tex. in .d. s. itē cum que reref. r bal. i dicta rub. in .iij. q. in. v. significat: s. aduerte qd bar. hic scēte loqitur. nam aut dico le go omne ar gentū: r nō ueniunt ue nalia argen tea. d. l. pēdi culis. aut di co lego oia bōa aut vsu fructuz oiu3 bonozū r cō pprehendunt uenalia: ut .l. quotiens .s. fi. d. usuf. r in fi. no. imo. i. l. fi. in prin. j. d. do na. iter. ut. r uxo.

Empronio ea que.

Ego habeo istud pncipium p notabili. Legato generali bitatiōis uel usufructus nō dro- gatur per legatū pprietatis. b. d. istud pncipiū notabile est meo iudicio. C. Op. extra gl. gene- ri per spēm derogat. ut. l. uxor. §. codicillis. z. §. felicissimos. §. de le. iij. hic uero nō derogat qua re male. So. ibi est genus z spēs pprie: qa utrū- qz legatū pprietatis. hic nō in uno erat legatus bitatiōis in alio legatū fundi simpliciter vñ u- denf quod amō spēs differētes. z hz hoc pcedit glo. cū dicit qa pinde erit aci habitatio z do- mus essent spāliter legare: qa in legato habitati- onis cōcurrēt ambo: ut. l. si alij. §. e. qd tene men- ti: qa quotidie relinquunt p dia plumbus. z po- stea dicit testator uxori lego usufructū bonoruz: qa in usufructu oēs cōcurrēt. qd tene menti.

Ex his uerbis. Quero qd po- terat eē dubiū in. l. nostra. Rūdeo qa liberti habitabāt cū p- no iure familiaritatis tanq̄ clientes: ut. l. ij. §. de usu z ha. cū. l. se. quomō ergo debet eis habitatio cuz testator habitatiōē nō p̄stabat. Itāc du- bitatiōez remouet iuriscōsultus: ut illa habitatiō que prestabat tanq̄ clienti z seruitori nūc p̄stet iure habitatiōis z seruitutis.

Codicillis. Si heres grauat aliqd pati: intelligit grauat? ut patiat eo modo quo patiebat defūctus. b. d. Ex. l. sequenti.

Si testator dicat si filius meus decesserit sine liberis uel liberi eorū sine liberis deueniat i sem proniū. an fideicomissū uideat datum a liberis. an a pmo institutis.

Codicillis. Fideicomissuz relictū post mortē oīum ab ultimo decedēte. uidef esse relictū. b. d. z est notabilis casus. Itō. qd dixi i sū mario. Scōo no. qz uerbū accrescat iducit fidei- cōmissuz. de hoc dic ut in. d. l. centurio. §. d. vul. z pu. Tertio no. qz quādo relinqtur post mortē aliquoz simplr intelligit post mortem oīuz. qd qualiter itelligit dicaz infra. C. Itē opp. de. l. h. §. si filius. §. de le. ij. z. l. luci. §. gaio. j. ad treb. vbi dicit qz ex parte uni? decedētis statim fidei- cōmissū inducā. Rūdet glo. qz hic inducā ex vi repetitiōis pcedentis legati ubi fuit dictū qz de ueniat de uno in aliū. Itē est uerbū hoc ampli- us qd cessat in. l. contraria. Sed ista repetitio nō pōt intelligi repetita: qa in secūdo casu legata ē habitatio: vñ nō pōt itelligi qz uno decedēte de ueniat in aliū proprietat. Itē nō pōt intelligi qz ab vltio decedēte uideat relictū fideicomissū p- petatis cū eis pprietat relictā nō esset. dico ergo qz in. ll. cōtrarijs illa uerba post mortē eorū re- spiciūt diuersos effectus: qa a quolibet ē relictū fideicomissū per se: ideo nō resoluit in singulari- tates: sed hic respicit unū effectū: qa fideicomis- sū pprietatis est relictū post mortē eoruz ab he- rede: z sic unū fideicomissuz est. f. ab herede nō ab ipfis morietib. uel so. alr ibi loqtur qñ pces- serat relictū pprietatis quo casu post emolumē- tuz q̄sitū nō est locus iuri accre. merito uno de- cedēte in eius psona est locus fideicomisso: qa alter heres uel legatarius nō pōt de hoc cōque- ri: quia sua interest. z sic nō supest persona que ex p̄sumpta uoluntate defūcti substitutus exclu- dat. hic nō loqtur in relicto habitatiōis in quo inter eos est locus iuri accrescēdi sic in usufructu ut. l. i. in fi. de usufru. accre. ideo regitur mors

utriusqz: qa supuiētis interest sicut quando te- stator exp̄sse reseruauit ius accrescēdi: ut in pri- mo casu huius. l. z sicut in substitutiōe vulgari: ut. l. q̄uis. C. de spu. z ali. subst. z dērmiaui ple- nissime i. l. heredes mei. §. cū ita. j. ad tre. Itē h. l. uidef facere cōtra me in eo qz dixi. §. de le. iij. l. si sic dicit testator si filius meus decesserit sine liberis uel eorū liberi sine liberis deueniat in sē proniū: an uideat fideicomissū datus a liberis: an uero ab heredib. pmo institutis: ut ibi deter- minauit qd uidef relictū ab heredib. institutis. Ad hāc. l. respōdeo z dico qz ibi fideicomissum aliter ualere nō poterat: unde intelligit eo mo- do quo ualere potest. hic nō pōt ualere fideico- missū siue sit relictū a pmo siue a secūdo. Itē cō- tra. l. nostrā facit. l. si fuus. §. si margaritā. §. de le. i. ubi fideicomissū in dubio intelligit datū ab heredib. Sol. illud ueruz ubi testator legat rē legatā: qa tūc legatū uidef a legatario ut hic. Ultimo hec. l. inducā per Dy. ad. q. si duobus est cōcessa emphiteosis: z unus moriat: an ac- crescat alij uel redeat ad eccliam. dixi plene. j. §. uerb. ob. l. si mihi z ticio. z ibi p Dy. z per Ly. .C. quādo nō pe. par. l. i.

Ex. §. sequenti.

Qualiter intelligat decima hereditatis.

Qui sempronio. Fideicomis- sum relictuz a curatore que quis putabat legitime datus ab herede scripto debet. b. d. C. Quero q̄tū habe- bit meua z q̄tuz sempronio ex ista hereditate. z qualiter itelligit vbi decia. Videte qdā sunt nomia nūeralia: ut due partes tres ptes q̄tuor partes zc. z tūc in dubio itelligunt due ptes de .xij. z tres ptes de .xij. ut. l. interdū. §. i. §. de he- re. insti. z. l. cū qd. C. de le. z insti. §. here. insti. §. hēditas: nisi aliter appareat de uolūtate dispo- nētuz: ut ibi dixi. z pbat in. l. q nō militabat. §. i. de here. insti. qdā sūt noia quote: ut scōa tertia q̄rta. z tūc d̄z itelligi decia. f. totū hereditatis fa- ciēdo. x. ptes hereditatis. z tertia d̄z itelligi d̄ to- ta hēditate faciēdo tres ptes totū hēditatis: ut .l. interdū. i. h. §. de here. insti. z ita h̄ glibet ha- bebit decimā totū hēditatis faciēdo. x. ptes toti- us hēditatis. z ex hoc appareat uilitas fidecom- missi: qa quilibet hz usufructū pro uirli cuz nō habeat nisi decimā totius hēditatis.

